



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Defensor Redivivus Seu De Sacrae Consistorialis Aulae  
Advocatorvm Origine, ac Munere**

**De Rossi, Giuseppe Ortensio  
De Rossi, Giacomo Gregorio**

**Romae, 1657**

14 Pallij petitio fit ab vno ex septem Aduocatis Senioribus per turnum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10678**

TERTIVM. 109

nisi exigentibus meritis, & for-  
titer postulanti dari non debeat.  
Ideoquè Abb. conf. 102. num. 4  
vers. præterea nullum. part. 2.  
respondit, pallium \* non solere 13  
per Ecclesiam Romanam tradi  
nisi fortiter, & sèpè postulanti.  
Secundò Ad praxim, quod  
instantia pro pallijs, ut superius  
dictum fuit, pertinet \* ad sep- 14  
tem, Aduocatos seniores tan-  
tum. nec quinque Iuniores ad  
illam admittuntur, fitquè inter  
seniores distributio per turnum  
incipiendo à D. Decano Colle-  
gii, qui penè se debet retinere  
libellum, & in illo seriatim  
describere nomen Ecclesiæ, &  
Patriarchæ, vel Archiepiscopi,  
pro quo petitur pallium, & Ad-

100  
uo-

uocati illud per ordinem postu-  
lantis, ut de hoc semper liqueat,  
ac certa fides existat.

Quòdùè Patriarcha, vel Ar-  
chiepiscopus, seu alter eius no-  
mine pallium postulaturus pri-  
diè quam sit Consistorium, te-  
netur adire D. Decanum, &  
apud illum deponere Ducatos  
decem Cameræ auri in auro  
pro honorario laboris Aduocati  
illud petituri, accipiendo chi-  
rographum ipsius Decani ei di-  
rectum, ut inde certior fiat de  
propositione ad ipsum pertinen-  
te per turnum, ac de receptio-  
ne depositi, cui propterea di-  
ctum chirographum statim de-  
ferendum erit, eoquè habito,  
partes ipsius Aduocati erunt  
per-

TERTIVM. III

percunctandi, an Patriarcha,  
vel Archiepiscopus sit in Curia,  
& quatenus adsit, illum com-  
monefaciendi, ut personaliter  
accedat ad Consistorium; quia \* 15  
præsentes non admittuntur ad  
petitionem pallii per Procura-  
torem, ut contigit anno 1624.  
in Archiepiscopo Cusentino, qui  
licet adesset in Curia, miserat  
procuratorem, quem Urbanus  
VIII. noluit admittere; si vero  
Patriarcha, vel Archiepiscopus  
sit absens, diligenter inquiren-  
di facultates personæ cum illo  
accessuræ ad pallium petendum  
in Consistorio; Nam \* si Pa- 16  
triarchatus, vel Archiepiscopa-  
tus sit in partibus orbis olim  
cogniti, scilicet, Europa, Asia,

¶